

## XVI

273

gallos:secutos esse. Et in subribus urbē omniū primā esse  
Mediolanū ab illis cōditā. At post insubres secutos cœno-  
manos. Ex altera autē parte padi cāpos qui sunt circa appē-  
ninum ananes incoluisse. Et post ananes consedissee boios.  
Et post hos deinde ad hadriā ligones. Vltimos uero seno-  
nes eos cāpos habitasse: qui mari adiacent. Et hæc mi Cic-  
che de arrogantissimi candidi nostri peruicaci ignorātia sa-  
tis nunc supq;. Quid em̄ memorē: quot quantaq; errauerit  
homo barbarus in grāmatica: qd̄ eo magis miror: qd̄ dece-  
bat hoīem librariū uel ex ipsa exscribēdi cōsuetudine sine  
ullis doctōrib⁹ peritiā assecutū præcepta litterarū atq; lati-  
nitatis pulcherrime callere. Sed cū discit maledicere: dedi-  
scit bene scribere. Vale Mediolani ex ædibus nostris. v.  
Kal. Martias. M. cccc. Lxi.

Franciscus Philelfus Thomæ theobaldo  
equiti aurato salutem.

u **T** tibi gratulor uæbementer: qd̄ secundis usus for-  
tunæ flatibus: te in portum quietū istū tranquillūq;  
recepisti: ita mihi non possum nō dolere plurimū: quod p-  
abitionē amicissimi hoīs ea sum priuatus cōsuetudine: qua  
dulcius ducere nihil poteram. Quis enim te uno pruden-  
tior? quis humanior? quis amicitiae obseruantior? Quare  
non possum nō moleste ferre: quod tua careo præsentia:  
cuius consiliū graue est: probitas singularis: eloquētia ad-  
miranda. Vt hanc tñ ægritudinē meā ferā modice: ea uin-  
cor ratione: qd̄ amicus amandus ē propter seipsum nullis  
etiā nostris cōmodis: præsertim qd̄ amicorū etiā cōmoda  
nobis cū illis communia sunt ducēda. Quare non tibi mo-  
do: sed mihi quoq; gratulor ipsi: qd̄ apud eū principem ui-  
tam tibi agendā delegeris: cuius summæ diuinæq; uirtu-  
tes tot tantæq; sunt: ut uniuersam non modo Italiā: sed etiā  
europā in admirationem sui cōuerterint. Quē em̄ inueni-  
as in omni probitatis & excellentiæ genere: quem præstā-  
tissimo duci Borsio anteponas? Reliquū est: ut quā mutuā  
nō animorū sed corporū præsentia locorū aufert interual-  
lum: eā crebritas inter nos litterarū assidue repræsentet.  
Hoc autē cū facillimū ē futurū: tū utriq; nostrū iucū dissimū